

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,  
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von  
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0289

0287

0293

0283

0298

et genero pueroque Balduino jam bimilo coram praesentibus  
regni principibus curam eis regni tradidit, ipse autem verus  
confessor habitum religionis assumens vitam regularem pro-  
fessus, si vixerit, ei, qui pater spirituum est, spiritum red-  
didit anno regni sui XIII. sub monte Calvariae sepultus.

0278

0338

0238

De quarto rege Jerusalem.

Quartus Latinorum Rex Jerusalem, Fulco nomine, gener  
praedicti Balduini, Andegauensis, Ceromanensis et Thuronensis  
Comes. Adeptus est autem regnum anno Domini MCXXXI.  
aetatis suae anno LX. et XI annis regnavit in Jerusalem.  
Hic cum duobus filiis suis multa proelia gessit non solum  
cum infidelibus, sed cum imperatore Constantinopolitano et  
aliis principibus christianis, qui insidiabantur regno ejus. Ejus  
tempore Aegyptii sub variis ducibus Christianos Jerusalem  
tenentes infestabant et pluribus locis per eorum urbes irrum-  
pebant; propterea redintegratum fuit bellum, in quo nostri  
nonnullas urbes ceperunt, et aliquas sibi tributarias fecerunt etc.  
Inter caetera hujus regis virtutis opera Turcos agrum Persi-  
cum incolentes persaepe fudit, et non solum fudit, sed etiam  
ad tria millia eorum unico impetu interfecit totidemque cepit  
regnumque plurimum ampliavit.

0388

0188

0788

Ende

Ejus tempore Turci Edessimum comitatum ingressi, quem  
Christiani gravissimis bellis acquisiverant, conabantur Christia-  
nos ejicere. Comes autem Edessenus, grandaevus et infirmus,  
mandavit filio suo, ut assumtis secum militaribus copiis  
hostibus viriliter occurreret, ille vero tamquam timidus se  
excusabat, asserens periculosum, cum tam paucis multitudini  
tantae occurrere, quare pater iratus sibi lecticam vectigalem  
vulgariter ein Rossbar, parari mandavit, cui impositus cum  
his, quas collegerat copiis, ad fugandum Turcos de terra sua  
perrexit. Ejus adventu cognitis Turci ejus animositatem for-  
midantes ad propria fugientes reversi sunt. Eadem hora in  
loco, de quo inimicos fugaverat, comes lecticam in terra poni  
jussit et erectis in coelum oculis cum gemitu et suspiriis  
gratias egit, quod in diebus suis novissimis cum Dominus  
gratias visitasset, quod in ipsis mortis vestibulis consti-  
tutus hostibus christiana fidei fuerit formidabilis. Et his dictis

Anfang

